

QUAESTIO XV

UTRUM ANGELUS MALUS SEMPER SIT IN ACTU MALO

[OPINIO SCOTI]

Dicit Ioannes¹ quod angelus malus potest in actum bonum ex genere sed non in actum meritorium, sed bene potest⁵ in actum bonum moralem. Quod probatur, quia secundum Dionysium² naturalia in angelo damnato manent integra, et per consequens ita inclinant naturalia ad actum bonum post peccatum sicut ante, igitur aequè potest in talem actum post sicut ante.

Item, habet remorsum conscientiae et displicentiam de peccato, quae non necessario est mala per circumstantiam aggravantem, igitur ex illo actu potest generari habitus bonus.

Item, potest esse sine omni actu, quia « nihil est tam in potestate voluntatis quam ipsamet voluntas »³, — quod intelligitur quantum ad actum. Igitur potest se facere sub bono actu.

2 Utrum] Circa quartam distinctionem quaero primo *praem.* (mg.) A || malo] malus B
4 Ioannes] hic Ioannes Scotus B 5 ex genere] exigitur (?) D, exire FGZ || actum] ex genere
add. D 6 morale] materialem A, naturalem C 8 naturalia om. AE 9 igitur... ante
omni (hom.) A 10 et] in A || displicentiam] displicentia A, displicet C 11-12 aggravantem]
aggravatam EF 13 tam mg. G, om. F 14 voluntatis] etc. *add.* G || quam] sicut CFG ||
ipsamet] ipsa BDZ, om. E || ipsamet... intelligitur] intellectus FG 15 quantum ad] quod
in D || sub] idem FG, *sed corr.* G || bono] uno C || actu mg. G, om. F

¹ Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 7, q. unica, nn. 14-15, 22-23 (ed. Wadding, VI, 569, 575). Scotus, ibidem, n. 11 (p. 566) ultra bonitatem naturalem distinguit triplicem bonitatem moralem: « prima dicitur bonitas ex genere; secunda potest dici bonitas virtuosa sive ex circumstantia; tertia bonitas meritoria sive bonitas gratuita sive bonitas ex acceptatione divina in ordine ad praemium ».

² Dionysius, *De divinis nominibus*, cap. 4, § 23 (PG 3, 726 C).
³ August., *De lib. arbitrio*, III, c. 3, n. 7 (PL 32, 1274; CCL 29, 279); *Retract.*, I, c. 9, n. 3 et c. 22, n. 4 (PL 32, 596, 620; CSEL 36, 40, 104).

Haec opinio licet sit probabilis, tamen hoc quod dicit quod voluntas potest facere se sine omni actu non videtur verum, quia secundum Augustinum¹ et ipsummet, voluntas damnati non potest esse sine poena. Tunc sic: poena non est sine actu voluntatis. Igitur si angelus posset facere se sine omni actu, posset facere se sine omni poena. Assumptum patet, quia poena voluntatis est tristitia. Sed tristitia est in actu volendi aliquid secundum Philosophum². Igitur poena voluntatis est in actu volendi. Cum igitur voluntas non possit privare se omni poena, sequitur¹⁰ quod non posset privare se omni actu.

Si dicas quod in eo est dolor, non tristitia, contra: dolor est in parte sensitiva quae non est in angelo.

[CONCLUSIONES AUCTORIS]

Ideo dico sine assertione, tenendo aliquas conclusiones. Prima¹⁵ est quod angelus damnatus necessario est in aliquo actu voluntatis, non dico de potentia Dei quin Deus posset privare eum omni actu, sed de potentia creaturae, quia nulla creatura potest eum privare omni actu. Quod probatur, quia impossibile est quod aliqua creatura faciat damnatum sine poena et tristitia,

1 Haec] Contra Ioannem *praem.* A || hoc om. ABCD 2 voluntas] angeli *add.* G || facere] habere FGZ, *sed corr.* G 3 et om. EFG || ipsummet] ipsamet ADE, om. FG 4 Tunc sic] tamen A, cum C || poena] in voluntate *add.* D || est] potest esse A || sine?] statu *add.* D
5 actu] voluntatis *add.* B 6 quia] omnis *add.* ABZ 7 Sed] quia FG, *sed corr.* G || in] omnia *add.* G || volendi] nolendi BGZ 8-10 poena... quod mg. G, om. FZ 8 volendi ACDH, nolendi BEGL 11-12 contra dolor] quia tristitia E 12 in] potestate *add.* D || quae] igitur C 14 Ideo] Item D 15 est] conclusio B 16 quin] quoniam Z
17-18 sed... actu om. (hom.) E 17 creatura] potentia creata D 19 damnatum] damnatos E || sine] omni *add.* D || et] sine *add.* C

¹ August., *De civit. Dei*, XXI, cc. 23-24 (PL 41, 735-41; CSEL 40-2, 555-64); Scotus, loco cit., n. 18 (p. 570). ² Cf. Aristot., *De anima*, III, c. 11, t. 56: « Dicamus igitur utrum sit possibile ut habeant tristitiam et delectationem? Et si haec duo habent, de necessitate habent appetitum » (434a 1-5).

quia sunt in poena aeterna; tristitia autem et poena non possunt esse sine actu nolendi poenam, igitur etc.

Secunda conclusio est quod aliquis est actus in angelo damnato qui non est in eius potestate. Quod probatur, quia licet voluntas damnati non possit se facere sine omni actu, tamen potest se suspendere ab omni actu qui est in potestate sua et elidere alium. Et per consequens si actus nolendi poenam esset in eius potestate, posset se suspendere ab illo actu et facere se sub actu diligendi se sine omni alio actu. Et per consequens posset facere se sine poena. Quod falsum est.

Tertia conclusio est quod Deus totaliter et immediate causat aliquem actum in voluntate angeli mali. Quod probatur, quia omnem actum causatum in voluntate a voluntate libere potest voluntas impedire. Actum causatum a solo Deo non potest voluntas impedire. Cum igitur in voluntate angeli damnati sit aliquis actus qui per voluntatem non potest impediri, nec voluntas potest se suspendere ab illo actu, igitur est aliquis actus in voluntate angeli qui causatur a solo Deo.

Item, si non causetur a solo Deo, aut igitur a voluntate damnati aut ab habitu. Non a voluntate, quia tunc voluntas posset illum actum impedire. Nec ab habitu, cum habitus sit eiusdem rationis in via et in patria, et in via non necessitat voluntatem, igitur nec in patria. Patet de caritate. Similiter, si causetur ab habitu cum Deo, dummodo non causetur a voluntate, sed

2 nolendi] volendi A || poenam] aliquid add. AC, vel aliquid add. E 5 voluntas] angel add. D 7 nolendi] volendi AD 8 eius potestate] voluntate sua AE, sed corr. in potestate sua E || illo] omni AE 9 se (ita forsitan pro eam) codd. || actu om. DFGZ 10 se om. AB || sine] omni add. FGZ || est] et contra priorem conclusionem add. L 13 a voluntate om. CDF 13-14 voluntate libere] volitione libera Z 14 impedire] imperare (etiam infra) A, et add. EFGZ 15 voluntas om. ACDE || angeli mg. G, om. F 16 impediri] impedire BD 17 ab] omni add. FGZ 18 qui] quae AB 19 Item... Deo om. (hom.) C 20 habitu] quia add. D 21 habitus] non add. FG, sed del. G 22 rationis] rei A, generis B 23 igitur mg. G, om. EF 24 ab habitu cum] cum habitu a E || causetur] active add. B || sed] si BDE, cum add. CFG

voluntas sit pure passiva respectu illius, sufficit mihi, quia tunc ille actus potest dici necessarius.

Item, actus quo beatus amat Deum clare visum causatur a solo Deo, quia non libere causatur a voluntate creata. Igitur est aliquis actus qui non est in potestate voluntatis.

[RATIO CONFIRMATIONIS BONORUM ET OBSTINATIONIS MALORUM]

Ex istis potest assignari ratio confirmationis beatorum et obstinationis malorum. Nam in beatis causatur tam actus videndi Deum quam diligendi eum a solo Deo tanquam a totali causa et nullo modo ab intellectu vel voluntate sicut a causis partialibus. Et iste actus dilectionis formaliter opponitur omni actui peccati; et quia sunt formaliter oppositi, nullo modo compatiuntur se in eodem. Et ideo quamdiu iste actus conservatur totaliter a Deo — sicut ab ipso causatur — tamdiu est confirmatus, ita quod nullo modo, etiam de potentia absoluta voluntatis creatae, potest in actum peccati; quia non potest in actum peccati nisi posset impedire actum dilectionis, propter repugnantiam formalem inter illos actus. Sed ex hoc non dicitur voluntas cogi, quia voluntas formaliter vult et diligit illo actu, licet non causetur ab eo¹.

Eodem modo potest assignari ratio obstinationis malorum per

1 voluntas] Dei add. FG, sed del. G || pure] potentia B, mere D || illius] Dei FG, sed corr. G, actus add. B, add. mg. G 3 beatus] unus add. D 4 quia] sic quod FGZ 5 actus] in voluntate creata add. BL, add. mg. G || potestate voluntatis] eius potestate B, igitur a simili in damnato add. BL 7 ratio] causa (s. lin., ut altera lectio) G || beatorum] bonorum AEFMZ 8 malorum] damnatorum BL || beatis] bonis E || causatur tam] est causatus B 9 quam] et B 9-10 eum... partialibus om. D 10 vel] et EZ 11 omni actui peccati] peccato E 12 quia... oppositi] ideo B, om. E 13 Et ideo mg. G, om. F 13-14 iste... tamdiu om. D 13 a] solo add. G 14 ipso] eo FGZ || tamdiu] beatus add. B, add. mg. G || confirmatus] formatus D, conservatus E 15 etiam] nec D, om. CL || potentia] potestate B, voluntatis add. D 16 quia... peccati om. (hom.) ACDE 17 dilectionis] a solo Deo causatum add. L || formalem] formaliter A 18 voluntas] ipsa B 19 eo] ea A 20 Eodem] Et praem. BFGZ || per] ex C

¹ Scilicet a beato.

hoc quod Deus causat tanquam totalis causa quidquid absolutum est in actu nolendi et odiendi Deum. Et ille actus non compatitur secum actum diligendi Deum nec aliquem actum bonum propter repugnantiam formalem inter illos actus. Et stante illo actu et conservato a Deo totaliter, non potest voluntas creata in oppositum de potentia sua absoluta. Et ideo quamdiu stat iste actus, est voluntas obstinata, sic quod non potest oppositum velle.

Et quod Deus possit causare actum odiendi Deum quantum ad omne absolutum in actu in voluntate creata probatur, quia Deus potest omne absolutum causare sine omni alio quod non est idem cum illo absoluto. Sed actus odiendi Deum quantum ad omne absolutum in eo non est idem cum deformitate et malitia in actu, igitur Deus potest causare quidquid absolutum est in actu odiendi Deum vel nolendi, non causando aliquam deformitatem vel malitiam in actu, igitur etc.

Item, non minus potest separari deformitas ab odio Dei quam bonitas moralis a dilectione Dei. Sed dilectio Dei in angelo bono potest separari a bonitate morali et meritoria. Igitur odium Dei in angelo malo potest separari a deformitate. Et tunc omne quod non includit contradictionem, nec malum culpa, potest fieri a Deo solo, igitur odium Dei etc.

Item, respectu cuiuscumque est Deus causa partialis respectu eius est vel esse potest causa totalis, quia ipse supplere potest omnem causalitatem causae secundae in genere causae efficientis. Sed respectu cuiuslibet positivi, maxime absoluti producti a creatura, est Deus causa partialis, sicut prius ostensum est¹. Igitur

1 causat] causatur B. 2 nolendi] volendi AD 4 actus om. DEFGZ 7 obstinata] absoluta F || sic] sed F 9 omne] esse FGZ || creata] causata BG, sed corr. G 11 odiendi] odii E 12 omne] esse FGZ, sed corr. G || malitia] materialis D 16-18 deformitas... separari om. (hom.) A 16 Dei om. AB 17 bono] beato D, om. AB 19 tunc] cum C 20 nec] vel D 21 solo mg. G, om. F || solo... etc. om. D 22 Item] odium add. A 23 eius] illius D, eiusdem FGZ 24 omnem... secundae] omnium generalitatem causae primae A 25 Sed] Et B || cuiuslibet] eiusdem Z 26 sicut prius] ut Z

¹ Supra, quaest. 3-4 (pp. 60-63).

potest esse causa totalis respectu cuiuslibet absoluti, et per consequens respectu actus odiendi Deum.

Item, odium non est formaliter peccatum, igitur potest causari a solo Deo. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia si sic, tunc quidquid esset causa odii peccaret. Et per consequens cum habitus generatus ex actu odiendi Deum sit causa alterius actus consimilis, sequitur quod habitus peccaret.

Aliter potest dici et reddi causa obstinationis malorum, et hoc supposito quod Deus concurret in omni actione creaturae, ad minus sicut causa partialis. Tunc potest dici quod Deus concurret cum voluntate creata ad causandum actum odii Dei, et non vult concurrere cum angelo malo ad causandum actum bonum, puta dilectionem, quia sic concurret ad unum et non ad alium. Ideo [damnatus] potest dici obstinatus, quia non potest elicere aliquem actum bonum.

Si dicas quod tunc Deus peccat et est malus, quia non vult concurrere ad actum bonum, respondeo: nunquam homo peccat nisi quia tenetur facere quod non facit vel quia facit quod non debet facere. Per istam [rationem] fit homo debitor; Deus autem nulli tenetur nec obligatur tanquam debitor, et ideo non potest facere quod non debet facere nec non facere quod debet facere.

Si dicas quod data praedicta responsione videtur quod angelus malus potest cessare ab omni actu, ex quo omnes habet

1 cuiuslibet] cuiuscumque A 5 tunc om. FGZ || quidquid] quilibet A, illud quod (mg.) C, quicumque D, quisquis E, omne quod H || esset] in add. B 6 causa] respectu add. FG 7 peccaret] causaret D 9 in... actione] ad omnem actionem FZ, ad omnem actum seu actionem G 10 sicut] tanquam B || partialis] ubi non placet sibi esse causa totalis add. L 11 actum odii] odium DFG || odii] odiendi BE || Dei] Deum B 13 dilectionem] delectationem A, Dei et add. FGZ || quia] et B, si add. E || alium] aliud FGZ || Ideo] Et sic D, Ita E 16-17 Si... bonum mg. E, om. (hom.) C 18 quia¹] quod add. (s. lin.) C 18-19 quia²... non] non facit quod FG 19-22 Per... facere om. (hom.) A 19 Per... debitor] Debitor autem est homo et angelus ad faciendum quaedam et non faciendum quaedam BL || istam... fit] illa sicut D, ista fuit E 20 autem] vero BL || nulli] non G || nec] vel DE 21-22 facere²... facere] nec non facere quod debet B 21 nec] potest add. EFGZ 23 responsione] conclusionem FG 24 omnes] angelus FGZ

in potestate sua quatenus est causa partialis respectu illorum, *r e s p o n d e o*: licet actus odii divini non sit totaliter a Deo sed partialiter solum, tamen aliqui alii actus qui sunt in damnato sunt totaliter a Deo, puta actus nolendi poenam quam patitur et volendi beatitudinem, actus nolendi peccatum sive odiendi, actus nolendi esse in tali loco, qui non sunt peccata sed poena peccati.

Magna enim poena est velle beatitudinem et tamen semper carere ea; qui non sunt mali nec peccatum, et talibus non potest se privare. Et ideo licet forte posset cessare ab actu odiendi Deum, non tamen ab aliis qui totaliter causantur a Deo, in quibus consistit magna poena. Ideo nec potest cessare ab omni actu, nec privare se poena, nec elicere bonum actum — licet posset cessare ab actu odii — quia Deus non concurrit ad eliciendum actum bonum sed malum.

Ex his patet quo modo in beatis et damnatis est libertas. Quia respectu illorum actuum qui causantur a solo Deo, sive in bonis sive in malis, vel respectu actuum oppositorum illis actibus non est in eis libertas, quia nec a primis actibus qui totaliter causantur a Deo possunt cessare, nec secundos possunt elicere propter repugnantiam formalem inter illos et primos actus causatos a solo Deo. Et ideo quia Deus totaliter causat actum beatificum in voluntate angeli boni, ideo angelus bonus nec habet li-

2 actus] causa FGZ || odii divini] odiendi Deum B, odiendi D 3 solum *om.* ABCD || alii *om.* DE 4 a] in A 4-6 quam... nolendi] vel volendi beatitudinem vel actus nolendi B 5 actus... odiendi *del.* G || odiendi] est *add.* A 6 nolendi] volendi ACE || qui] quae A, actus *add.* B || peccata] mala nec peccatum E 6-7 poena peccati] poenae peccatorum BH 8 beatitudinem] actu intenso *add.* BH || semper H, *om.* FG 9 ea *om.* AD || qui... peccatum *om.* BE || qui] quae CDFGZ || sunt *om.* FGZ || mali] mala FGZ || peccatum] peccata sunt FGZ || et talibus] talibus autem B, et tamen talibus Z 10 actu] actibus B 10-14 odiendi... odii *om.* A 12-15 Ideo... malum] nec potest elicere actum bonum, quia ad illum Deus non vult concurrere H 14 ab] omni *add.* FGZ || odii] Dei *add.* FG || quia] qui B, quod E || Deus *om.* ABDEZ 16 quo modo in] quod Z 17 illorum] liberorum A 17-18 qui... actum *mg.* G, *om.* (hom.) F 17 qui] quae GZ 18 bonis] beatis D || vel] sive D || oppositorum] optimorum A 19 a primis] ab ipsis Z 20 cessare] causare FG, *sed corr.* G 21-22 primos... Deo] in alios primos D 22 Et ideo *om.* ACD || quia] igitur *add.* (s. lin.) C

bertatem respectu actus beatifici nec respectu eius oppositi, puta odiendi. Similiter est de angelo malo. Sed respectu aliorum qui nec sequuntur necessario ex primis actibus nec repugnant sed sunt indifferentes habent libertatem et indifferentiam. Huiusmodi autem est temptare hominem in malo angelo et custodire in bono, quia isti actus nec necessario sequuntur ex actibus primis causatis a solo Deo nec repugnant eis, sed sunt indifferentes.

Sed *d u b i u m* est utrum sint detrusi in aliquo loco convenienti eis vel disconvenienti. *R e s p o n d e o*: non est aliquis locus conveniens vel disconveniens naturae suae, nec plus unus quam alius, quia quantum est ex natura sua aequaliter omnem locum respicit angelus. Tamen aliquis est locus conveniens vel disconveniens actui voluntatis suae, quia in aliquo loco vellet esse et in aliquo loco nollet esse. Et ille locus in quo vellet esse est sibi conveniens, et in quo nollet esse est sibi disconveniens. Et sic dico quod ad poenam eorum sunt detrusi in aliquo loco in quo nollent esse, immo summe odiunt illum locum. Et ille actus causatur a solo Deo, et ideo non possunt cessare ab illo actu, et propter hoc summe tristantur.

Sed *d u b i u m* est utrum angeli boni sint impeccabiles. *R e s p o n d e o* quod sic, quia Deus causat in voluntate eorum actum beatificum totaliter et conservat, et non coagit ad causandum actum malum in eis. Et ideo ex sola voluntate Dei sic agente et conservante est angelus bonus impeccabilis, non autem ex natura sua. Primum probatur, quia subiecto existente sub uno contrariorum non potest recipere aliud. Sed angelus bonus sem-

1 eius *om.* AE 2 aliorum] angelorum D 3 sequuntur] sequitur BD, requiritur FG || necessario] nec sequitur (sequuntur G) necessario *add.* FG || primis] puris A || repugnant] repugnat BDG 4 indifferentiam] in Deum D 6 sequuntur] causantur C || actibus] bonis *add.* FGZ || primis] prius AC 8 detrusi] detenti DE 9 Respondeo] quod *add.* FGZ 10 plus] potius FGZ 12 respicit] recipit C 12-13 vel disconveniens] alicui FG, *sed corr.* G 14 et... esse! *om.* (hom.) E || aliquo] alio FG 14-15 vellet... quo *om.* (hom.) A 15 et! in quo *om.* E || et! locus *add.* DFZ 16 detrusi] detenti E 17 odiunt] esse in *add.* E || actus] locus A 18 ideo *om.* BC 20 impeccabiles] et quomodo *add.* BL 23 actum *om.* FGZ 24 et] a *add.* E 25 quia] quod G 26 bonus *om.* ACDE

per existit sub actu beatifico, nec potest ab illo cessare, sicut patet per praedicta. Igitur nunquam potest peccare de potentia sua etiam absoluta, quia actus peccati formaliter repugnat actui beatifico.

Item, quando agens conservans effectum est fortius in conservando quam agens effectum contrarium in causando, non potest secundum agens causare effectum contrarium effectui conservato a primo agente. Sed Deus est agens fortissimum, conservans actum beatificum. Igitur quamdiu Deus conservat istum actum, non potest voluntas creata elicere actum contrarium. Et sic patet quod angelus bonus est impeccabilis ex sola voluntate Dei causante actum beatificum et conservante, et non ex natura sua.

[DUBIA]

Sed contra ista sunt multa dubia. P r i m o contra hoc quod ponitur quod sit aliquis actus in voluntate qui non sit in potestate voluntatis ¹. Quia licet causis approximatis concurrentibus ad aliquem effectum producendum potest actio eorum impediri, ita quod non producat effectus, saltem per potentiam divinam, — quia Deus est causa partialis, et si non concurrat cum aliis causis, quantumcumque approximetur, nunquam produceretur effectus, quia deficit una causa partialis necessario requisita ad actionem —, tamen quod omnes causae sint approximatae et

1 sub] in E || ab] sub B 2 nunquam] nec FG, non Z 3 sua om. AE || etiam om. BDEZ || quia] et F 7 contrarium om. B || effectui] effectum C, om. BE || conservato om. ACE
8 a... agente] primi agentis C 9 Deus] agens GZ 12 sua] Secundum patet, quia si naturae suae dimitteretur, stante influentia generali, posset peccare, sicut de illis qui ceciderunt; et etiam malus posset actum bonum causare add. B 14 Sed... ista] Contra dicta B 15 qui] quod A
17 effectum] actum D || impediri] virtute divina add. H 20 approximetur C, approximetur ABE, approximantia D, approximantur FGZ, approximatis H || produceretur] producit ACD, producitur B, producant E 21 effectus] effectum ACDE || deficit] d-ta FG, sed. corr. G, destructa Z || partialis] partiali FZ 22 tamen quod] tum quia E || omnes] aliae add. B || causae] aliae FGZ, sed corr. G || et] non impeditae et add. B

¹ Supra, pp. 340ss.

quod effectus producat et non ab illis causis videtur impossibile. Exemplum: voluntas et obiectum sunt causae partiales respectu actus volendi, et non obstante omni approximatione eorum, si non agat voluntas, quae est causa partialis necessario requisita ad talem actum, non potest actus causari. Et sic non obstante approximatione causarum, potest earum actio impediri. Sed quod voluntas et obiectum approximetur, et actus volendi producat ab obiecto et non a voluntate, hoc est impossibile. Sed Deus et voluntas sunt causae approximatae ad causandum volitionem in voluntate. Igitur non obstante quod actio voluntatis potest impediri, si effectus non ponatur, tamen quod volitio ponatur in voluntate et actio voluntatis suspendatur, est impossibile. Igitur impossibile est quod sit aliquis actus in voluntate qui non sit in eius potestate.

Item, voluntas est potentia libera respectu cuiuslibet actus existentis in ea, et non potest cogi. Sed respectu nullius est libera nisi respectu cuius est activa, igitur etc.

Item, contra hoc quod ponitur odium posse totaliter a Deo causari ¹. Quia secundum Philosophum, III *Ethicorum* ², aliqui sunt actus qui statim nominati habent malitiam annexam et deformitatem, et nullus talis potest fieri a Deo. Sed odium est huiusmodi; statim enim ut nominatur habet malitiam annexam et deformitatem. Igitur non potest causari a solo Deo.

Item, omne factibile a solo Deo sine peccato, quod etiam potest fieri a voluntate, potest cadere sub praecepto divino, et

1 quod om. ACDE || effectus] non add. B, add. s. lin. E || et non mg. G, om. EFZ || et... videtur] ab eis est B 3 omni om. BC 5 obstante] existente E 6 causarum corr. in eorum B || potest] effectus vel add. C || earum actio] eorum actus B || earum] eorum FGZ
8 est] videtur FGZ 11 potest] ut C, possit D, posset E || impediri] et add. E || non om. C || tamen] et Z 12 suspendatur] supponitur C 14 eius] voluntatis A 15-17 Item... etc. om. A 18 ponitur] probatur G || odium om. AD 20 nominati] necessario D
21-23 et... deformitatem om. (hom.) D 21 nullus] nullatenus C || potest] debet A 22 enim om. ABCD 22-23 habet... Deo] etc. igitur C 25 voluntate] ab obiecto add. D
25-2 (p. 348) et... Dei om. E

¹ Supra, pp. 342s. ² Aristot., *Ethica Nicom.*, III, c. 1 (111a 26-27).

potest Deus praecipere voluntati ut faciat illud, quia omne quod non est peccatum potest cadere sub praecepto Dei. Si igitur actus odiendi Deum potest fieri a solo Deo sine peccato et potest etiam fieri a voluntate creata, igitur potest Deus praecipere voluntati ut odiat Deum. Et tunc cum voluntas creata mereatur implendo ⁵ praeceptum divinum, voluntas creata potest mereri odiendo Deum, quod videtur magnum inconueniens.

Item ¹, dilectio Dei est bona propter debitum finem, et odium Dei malum propter indebitum finem. Igitur sicut nullus potest Deum diligere propter debitum finem quin dilectio eius sit bona ¹⁰ et meritoria, ita nullus potest Deum odire propter indebitum finem nisi odium sit malum. Sed nullum tale quod non potest separari a peccato potest fieri a solo Deo, igitur etc.

Item, contra hoc quod ponitur angelum habere aliquos actus in potestate sua respectu quorum habet libertatem, puta temptare homines ². Quia omnis voluntas potens habere actum desiderii, ¹⁵

1 omne] illud add. FGZ 3-4 potest¹... creata] sit huiusmodi, ut concedis L 5 tunc] tamen G, sed corr.; om. EFZ || cum] tamen FZ, om. C 6 divinum] igitur add. FG, sed del. G, ergo add. Z 8-9 et... finem om. (hom.) D 9 indebitum finem corr. in debitum finem quin E 12 nisi] quin FGZ || tale om. FGZ 13 peccato] non add. F || etc. om. CDE 14 ponitur] malus add. G || angelum] angelus DFGZ || habere] habet D 15 libertatem] potestatem D 16 potens] quae potest E

¹ Loco huius paragraphi codex L haec habet: « Item, accipiamus odium Dei propter finem pessimum possibilem. Si Deus possit illum actum odiendi in voluntate causari (!) creata, per argumentum tuum, quia iste actus est quoddam absolutum factibile, quaero tunc sic: sicut dilectio Dei propter debitum finem circumstantionata obiective — ita bene ponamus sicut est possibile — nullo modo potest esse mala moraliter, immo etiam non potest esse non bona, ita odium Dei propter finem malum et pessime circumstantionatum obiective, nullo modo potest esse bonum moraliter, immo non potest non esse malum, nec esse in voluntate creata, maxime causari ab ea, sine peccato, quocunque etiam praecepto circumscripto vel quocunque positivo. Igitur non potest huiusmodi odium causari a solo Deo, quia Deus nullius potest esse causa totalis quod non est a peccato separabile ». ² Supra, p. 345, lin. 1-7.

si post consequatur desideratum, delectatur et gaudet habito desiderato. Si igitur angelus malus potest velle et desiderare temptare homines, igitur in temptando delectatur et gaudet. Sed omne gaudium repugnat damnato sicut omnis tristitia beato.

⁵ Item, contra hoc quod ponitur angelum non habere locum convenientem naturae suae vel disconvenientem ¹; quia prius ² dictum est quod angelus potest pati a rebus corporalibus. Tunc sic: ille locus est conveniens naturae suae in quo est corpus aliquod naturaliter a quo angelus patitur passione delectabili et ¹⁰ disconueniens in quo est corpus a quo patitur passione afflictiva. Cum igitur multa sint talia, sequitur etc.

Item, contra hoc quod ponitur: locum esse convenientem vel disconvenientem angelo in poenam peccati ³. Quia quidquid positivum potest Deus facere cum peccato, potest facere sine ¹⁵ peccato. Si igitur potest facere locum convenientem vel disconvenientem propter poenam peccati, potest hoc facere sine peccato. Et sic locus esset conveniens vel disconueniens angelo ratione naturae suae, non ratione peccati nec poenae peccati.

Similiter, contra hoc quod ponitur: angelum non habere ²⁰ libertatem respectu actus causati a solo Deo ⁴. Quia secundum Sanctos ⁵ angeli boni habent maiorem libertatem post con-

1-2 habito desiderato] habens desideratum D 1-3 habito... gaudet om. (hom.) E 3 igitur] sequitur quod FGZ 4 tristitia] repugnat add. FGZ 5 ponitur] potentia C || angelum] aliquando ACD, malum add. B 7 potest pati] patitur G 8-9 aliquod om. AE 9 et] ille locus add. FGZ, est add. (ultra) GZ 10 corpus] aliquo add. B || quo²] quibus C 11 sequitur] igitur add. E || etc.] propositum FGZ 12 vel] et C 14 cum... facere² om. (hom.) D 15 Si igitur] Sed si B || locum om. ACD 16 peccati] igitur AB, igitur add. D, sic add. E || hoc om. BZ 17 vel] et A 18 non] nec ACE || nec] vel FGZ || nec... peccati om. BD 19 Similiter] Sed A, Item D 19-2 (p. 350) Similiter... post trp. p. etc. (p. 348, lin. 13) Z 20 Quia] Quod A || secundum] omnes add. B 21 boni] beati E || habent... libertatem] sunt maioris libertatis FGZ

¹ Supra, p. 345, lin. 8. ² In quaestione praecedenti, pp. 316-19 et 326. ³ Supra, p. 345, lin. 12. ⁴ Supra, pp. 344ss. ⁵ August., *Enchiridion*, cap. 105 (PL 40, 281; CCL 46, 106); *De correptione et gratia*, cap. 11, n. 32 (PL 44, 936); Anselmus, *De lib. arbitrio*, cap. 1 (PL 158, 491

firmationem quam ante. Sed ante habuerunt libertatem respectu cuiuscumque actus voluntatis, igitur et post.

[SOLUTIO DUBIORUM]

Ad primum¹ istorum dico quod Deus potest esse causa totalis respectu actus in voluntate, puta respectu dilectionis Dei et odii, sicut potest esse causa totalis respectu lapidis vel hominis, quia cuiuscumque potest esse causa partialis, potest esse totalis.

Et quando dicis de causis approximatis etc., dico quod si causae sint approximatae debito modo et effectus ponitur, non requiritur necessario actio omnium causarum. Quia una est partialis quae potest esse totalis respectu cuiuslibet producibilis ab alia causa partiali, et quando illa est causa totalis de facto, tunc non requiritur actio alterius causae. Sic est de voluntate nostra et Deo. Licet enim voluntas nostra, vel angeli, ut est activa et passiva sit debito modo approximata et etiam Deus, non sequitur propter hoc quod voluntas habeat actionem in volitione causata in voluntate, quia illa potest causari totaliter a Deo. Et si sic de facto causetur, tunc voluntas creata nullam actionem habet respectu illius volitionis. Et ad exemplum de voluntate creata

2 cuiuscumque] alicuius E || et om. ACDE || post] Minor videtur manifesta, quia si non, tunc non potuisset peccasse add. B, Minor probatur, quia alias non potuisset peccare add. H 4 istorum om. FGZ || potest esse] est ACD 5 respectu¹ actus] actus FZ, alicuius G, respectu alicuius actus H || Dei om. FGZ 7 potest² esse²] et C, causa add. FGZ 9 debito modo] debite E || et] sic add. D 10 Quia et Quando (ut altera lectio) G 11 cuiuslibet] cuiuscumque BDEZ 12 partiali] totali FG, sed corr. G || causa² om. ABC || totalis] vel add. C 13-14 nostra... nostra om. C 13 nostra] rei D 14 vel] et DGZ 16 volitione] nolitione A, om. E 17 in] a CE 18 si] illa add. G || causetur] causaretur ACD || creata] causata ABFG 19-2 (p. 351) Et... volitionis trp. p. partialis (p. 351, lin. 3) BD 19 ad] aliud add. E

A-B; F. S. Schmitt, I, 208); Petrus Lombardus, *Sententiae in IV libros distinctae*, II, d. 7, c. 3 (*Spicilegium Bonaventurianum* IV, Grottaferrata 1971, 360s.).

¹ Supra, p. 346, lin. 14.

et obiecto creato, dico quod non est simile, quia neutrum potest esse causa totalis respectu alicuius volitionis, sed utrumque, quando est causa, necessario est causa partialis, ideo una non agente alia non agit. Sed si obiectum posset esse causa totalis volitionis, sicut est in proposito, tunc non agente voluntate nihilominus causaretur volitio.

Ad aliud¹ dico quod voluntas non cogitur in recipiendo illum actum causatum a solo Deo, tamen bene necessitatur. Primum probatur, quia tunc proprie aliquid cogitur quando facit vel patitur aliquid contra naturalem inclinationem suam. Exemplum de gravi si moveatur sursum. Nunc voluntas non recipit illum actum contra naturalem inclinationem suam, quia posset naturaliter illum causare, saltem partialiter, et tunc eum reciperet naturaliter, igitur et modo naturaliter recipit.

Similiter, tunc aliquid recipit aliud naturaliter quando non inclinatur ad oppositum illius naturaliter. Nunc autem voluntas non inclinatur naturaliter ad oppositum illius actus, igitur etc. Secundum probatur, quia tunc agens vel patiens necessitatur quando non est in potestate sua agere vel non agere, pati vel non pati, recipere vel non recipere. Sed non est in potestate voluntatis illum actum causatum a solo Deo recipere vel non recipere, igitur

1 creato om. CDZ 2 alicuius] actus CD 2-6 sed... volitio mg. (ut alia littera) G 2-4 sed... volitionis om. in col. G 2-3 sed... quando] si utrumque D 3 partialis] et add. ACDG 3-5 ideo... proposito om. B 3 una om. ACDZ || non agente om. EG 4 alia] voluntate obiectum Z 4-5 alia... agente om. (hom.) ACD 4 Sed om. EG 5 est in proposito] potest Deus L || tunc] enim add. BG 7 aliud] secundum G 7-8 illum] tamen D, om. E 8 causatum om. ABCD 10 vel] aut Z 11 Nunc] Modo FG, Nunc autem add. (mg.) G || recipit] elicit E 12 illum] actum add. Z 13 eum] cum AC, sed del. C, quasi B, tamen D, om. Z || reciperet] causaret Z 14 igitur] ideo Z || et om. ABCDZ || recipit] eum licet non efficiat add. L 15-16 Similiter... naturaliter om. D 16-17 ad... inclinatur om. (hom.) D 16 oppositum] obiectum Z 16-17 naturaliter... illius om. (hom.) E 16 autem om. AB 17 etc.] Ex hoc argue contra eum add. (mg.) L, om. CD 19 sua] nostra D, om. A 21 illum] tantum C || causatum om. BD 21-1 (p. 352) igitur] non add. M

¹ Supra, p. 347, lin. 15.

tur necessitatur. Patet igitur quod non cogitur voluntas recipiendo illum actum, sed necessitatur.

Ad aliud ¹ dico quod licet odium, furari, adulterari et similia habeant malam circumstantiam annexam de communi lege, quatenus fiunt ab aliquo qui ex praecepto divino obligatur ad contrarium, tamen quantum ad omne absolutum in illis actibus possunt fieri a Deo sine omni circumstantia mala annexa. Et etiam meritorie possunt fieri a viatore si caderent sub praecepto divino, sicut nunc de facto eorum opposita cadunt sub praecepto. Sed stante praecepto divino ad eorum opposita non posset aliquis tales actus meritorie nec bene exercere, quia non possent [exerceri] meritorie nisi caderent sub praecepto divino. Sed opposita non possunt simul cadere sub praecepto divino. Sed si sic fierent a viatore meritorie, tunc non dicerentur nec nominarentur furtum, adulterium, odium etc., quia ista nomina significant tales actus non absolute sed connotando vel dando intelligere quod faciens tales actus per praeceptum divinum obligatur ad oppositum. Et ideo quantum ad totum significatum quid nominis talium nominum significant circumstantias malas. Et quantum ad hoc intelligunt Sancti et philosophi quod ista statim nominata convoluta sunt cum malitia. Si autem caderent sub praecepto divino, tunc faciens tales actus non obligaretur ad opposi-

1 voluntas] in *add.* Z 3 odium] Dei *add.* Z || furari] vel *add.* D, et *add.* G || et] etc. ABE, *om.* FGZ || similia *om.* FGZ 4 annexam] et similia *add.* FGZ 4-5 quatenus] pro quanto B 6 tamen] tantum A, sed EFGZ || omne] esse DFGZ 7 etiam] tunc D, tunc (*s. lin.*) etiam E 9 sicut... praecepto *mg.* G, *om.* F 9-10 sicut... divino] Sed stante praecepto divino sicut nunc de facto eorum opposita cadunt sub praecepto E || cadunt... opposita *om.* (*hom.*) D 10 ad eorum opposita *om.* A 11 meritorie] facere *add.* D || nec] et C 12-13 Sed... divino *mg.* G, *om.* EFZ || Sed... possunt] Non possunt autem opposita G 13 Sed si sic] Et EF, Si autem sic G, Et si Z 14 tunc non] nec tunc ACD 16 absolute] obstante D || quod] quia G 20-21 quod... malitia *om.* F 20 quod ista *om.* G 20-21 nominata... Si *mg.* G || nominata] nomina E 21 convoluta] coniuncta CD, annexa E 22 tunc *om.* ABC

¹ Supra, p. 347, lin. 18.

tum, et per consequens tunc non nominaretur furtum, adulterium, etc.

Ad aliud ¹ dico quod aliquis actus ab una causa potest fieri bene, et si fieret ab alia, non posset fieri nisi male. Et tota ratio est quia una causa obligatur ad actum oppositum et alia non. Sic est in proposito: voluntas creata obligatur ex praecepto Dei ad diligendum Deum, et ideo stante illo praecepto non potest bene odire Deum nec causare actum odiendi, sed necessario male causat malitia moris. Et hoc quia obligatur ex praecepto Dei ad actum oppositum. Nec stante primo praecepto potest sibi Deus oppositum praecipere. Sed Deus ad nullum actum causandum obligatur, ideo quemlibet actum absolutum potest sine omni malo culpae causare et eius oppositum. Et ² ideo sicut potest causare totaliter actum diligendi sine bonitate vel malitia morali, quia bonitas moralis vel malitia connotant quod agens obligatur ad illum actum vel eius oppositum, ita potest causare totaliter actum odiendi Deum sine omni malitia morali propter eandem causam, quia Deus ad nullum actum causandum obligatur.

Ad aliud ³ dico quod si odium Dei causatur a solo Deo, semper erit propter bonum finem, quia Deus ex odio creaturae in

1 nominaretur] connumeretur A, vocaretur D 3 aliquis] quidam E || ab] sub D, ex E || una] aliqua D 4 alia] causa *add.* GH || posset fieri] fieret CH || ratio] causa BH 5 causa] scilicet voluntas creata *add.* (*mg.*) H 6 Dei] divino EFGZ, positivo Dei et etiam de iure naturae L 7 praecepto] certe E 9 Dei] divino EFGZ 13 causare] facere A 14 diligendi] Deum *add.* D || bonitate] voluntate DG 15 vel] et Z 16 totaliter] formaliter A 18 quia] igitur B || Deus *om.* FGZ 19 quod *om.* ABC 20 erit] hoc *add.* FGZ

¹ Supra, p. 347, lin. 24. ² Loco «Et... obligatur» (lin. 18) codex L habet: «Si tamen posset tolli praeceptum Dei et naturae de diligendo et non odiendo Creatorem, quod utique est etiam praeceptum Dei, procederet argumentum. Sed forte non potest tolli praeceptum instinctu naturae, licet praeceptum positivum legis latae tolli posset». ³ Supra, p. 348, lin. 8. — Loco «Ad aliud... concupiscentiae» (p. 354, lin. 6) codices L et Paris., Nat. lat. 15904 = N (non collatus) haec habent: «Ad tertium: quod si odium Dei causetur a solo Deo, qualitercumque obiective circumstantione vel quaecumque sint obiecta (obiectiva N) illius actus, semper erit propter

nullo damnificatur. Sed odire Deum propter indebitum finem est malum, et sic est actus creaturae et non a solo Deo. — Illud etiam quod assumit est falsum quod dilectio Dei sit semper bona [et] propter debitum finem, quia aliquando potest esse mala et propter indebitum finem, ut quando amo Deum amore concu-
5 piscentiae.

Ad aliud¹ dico quod libertas accipitur quinque modis. Uno modo ut opponitur servituti culpa, secundo modo ut opponitur servituti miseriae, tertio modo ut opponitur servituti poenae,

2 malum] malitia D 3 sit] erit D, sic est E 4 et¹ C, om. reliqui || debitum] bonum D 5 ut] puta EFGZ 7 dico om. AB 8 servituti] miseriae add. D || modo om. CZ
9 miseriae... servituti] Tertio modo ut (mg.) C

bonum finem intentum a Deo, licet non a creatura sic odiente. Unde a creatura sic odiente propter malum et indebitum finem, vel sic pessime obiective circumstantionatum, non posset per quamcumque potentiam bene causari nec per consequens sibi a Deo praecipi. A Deo tamen posset, quia nec lex positiva nec naturae instinctus ad contrarium obligat Deum. — Ista rationes quoad hoc quod iste actus odii Dei non posset a Deo praecipi creaturae nec a creatura bene vel meritorie causari, vera est, (sive N) Ockham ita dicere voluit sive non, quia plane non expressit hoc, licet aliqui sibi imponant quod voluerit dicere sic. Ex verbis tamen suis non possunt hic haec accipere. — Cuius rationem ego assigno talem: quia nullus meritorie exsequitur praeceptum Dei vel alterius nisi ex amore illius qui praecipit vel Dei hoc faciat, actu vel habitu (ratio L), id est saltem non cum opposito. Sed ille qui actu et pessime odiret Deum non posset exsequi praeceptum de odio Dei cum amore Dei, quia odium pessime circumstantionatum repugnat et excludit amorem Dei. Igitur meritorie non (nullus N) posset tale odium causare in voluntate sua etiam casu possibili vel imaginabili posito. Maior patet, quia nullus meretur apud aliquem in exsequendo praeceptum suum nisi exsequatur intendens sibi placere et revereri eum in oboediendo sibi. Sed odians (Deum N) odio pessimo non est huiusmodi, quia talis ita execratur Deum quod (quia L) simpliciter velit eum (Deum N) non esse et faceret eum non esse si posset; aliter non pessimo odio odiret eum (Deum N), quia peiori posset. Igitur etc. ». Errores et omissiones codicis N non indicavimus.

¹ Supra, p. 348, lin. 14.

quarto modo ut opponitur coactioni, quinto modo ut opponitur immutabilitati. Quantum ad primam, secundam et tertiam libertatem, sic non est libertas in angelo malo, quia nec est liber respectu peccati nec respectu miseriae nec respectu poenae. Quia
5 angelus malus non potest velle esse in loco cruciativo, quia actus nolendi esse in illo necessario sibi inest a Deo, ut dictum est¹, et actus oppositi non possunt simul inesse eidem. Tamen in eis est libertas quae opponitur immutabilitati et coactioni quantum ad aliquos actus indifferentes qui nec repugnant illi actui qui a
10 Deo totaliter causatur nec sequuntur ipsum necessario. Et respectu talium potest indifferenter elicere unum actum vel alium et ad neutrum oppositorum cogitur. Sed in angelis bonis est libertas quantum ad tres primos modos, quia sunt sic liberi a peccato, poena et miseria. Sunt etiam liberi quarto modo, quia non co-
15 guntur ad volendum aliquid contra inclinationem voluntatis eorum. Et sic etiam est in eis maior libertas quam in viatore vel damnato, quia licet viator non possit cogi quantum ad actus interiores, puta velle et consimiles, tamen quantum ad actus exteriores potest. Sed angelus bonus quoad nullos actus potest
20 cogi contra inclinationem suam. Sed libertas quinto modo accepta non est in angelis bonis quoad omnes actus voluntatis, quia quantum ad illos actus qui totaliter causantur a Deo non habent libertatem oppositam immutabilitati, sed quantum ad tales actus

1 modo om. CZ 2 primam] et add. EFG 3 sic om. FGZ || nec] non FGZ
5 velle corr. in nolle C, nolle H || quia] sed G || actus] actio DE 6 nolendi] volendi CDF, lectio dubia E || nolendi... necessario] contrarius B || illo] aliquo F, loco add. AFGZ || sibi] similiter B, sic F || inest] inesse D || a] solo add. BC 9 actus om. ABF || indifferentes] indifferenter AB || qui¹] quoniam A || qui²] quia AB 10 sequuntur GZ, sequitur reliqui 12 bonis] beatis D 13 modos] actus FG || sic om. FGZ 14 et] vel B || non om. A 15 volendum] nolendum A || contra] naturalem add. D, suam add. FG || voluntatis om. FG 16 eorum om. DFG 18 quantum om. AD || actus om. GZ 19 potest²] de communi lege add. L
20-21 accepta om. ABCD 21 bonis] beatis D || quoad] quantum ad AFGZ 22 totaliter] essentialiter D 23 tales] illos FGZ

¹ Supra, p. 345, lin. 17.

sunt immutabiles, quia sic per illos volunt unum oppositum quod non possunt velle reliquum. Sed quantum ad actus indifferentes qui nec repugnant formaliter illis actibus causatis a Deo nec sequuntur necessario, habent libertatem oppositam immutabilitati, quia respectu illorum possunt velle unum oppositorum vel reliquum. Et isto quinto modo est maior libertas in viatore quam in beato, quia viator habet libertatem oppositam immutabilitati quantum ad omnes actus, et angelus similiter ante confirmationem. Sed post non habet libertatem respectu omnium, quia ante confirmationem potuit peccare et non peccare, sed post non potest peccare, sed quoad tales actus sunt immutabiles. Sed hoc non ponit aliquam imperfectionem in eis, sed magis perfectionem.

Ad aliud ¹ dico quod licet ad desiderium sequatur delectatio vel tristitia, quia tamen est res distincta ab omni actu voluntatis sicut absolutum distinguitur ab absoluto, ideo potest Deus facere primam rem, puta actum volendi sine secunda, puta sine delectatione et tristitia.

Et sic forte Deus ordinavit in poenam damnati quod possit habere intensum actum volendi respectu sui ipsius vel alterius, non tamen delectari. Aliter potest dici quod in voluntate damnati est vehemens tristitia consequens actum volendi, et illa non compatitur secum quamcumque delectationem propter formalem repugnantiam. Et ideo licet damnatus summe velit et diligat se, non tamen delectatur, propter causam dictam. Et sic causae ali-

¹ sic] sicut Z || per... volunt] per illum illos actus volunt D, possunt F, possunt velle G || volunt] nolunt BE 3 qui] quia Z 5 possunt] habent E || vel] et C 6 modo] non add. Z || libertas] tam add. E 7 viator] maiorem A || libertatem] voluntatem B 8 et] etiam add. B || similiter] consimiliter FG, om. B 9-10 Sed... confirmationem om. (hom.) E 9 libertatem] quantum add. C || quia] scilicet add. Z 9-10 ante... post mg. G, om. F 10 sed] et Z 13 ad om. FGZ || delectatio] dilectio G 15-16 Deus facere] deserere A, de se facere C 16 volendi] nolendi A, volendi et nolendi E, volendi vel nolendi FGZ 17 et] vel C 18 forte] formaliter A 19 volendi] sed add. D 20 non tamen] et non tamen E, et tamen non FGZ || Aliter] Similiter A 21 volendi] nolendi BHZ 21-22 compatitur] patitur A

¹ Supra, p. 348, lin. 14.

quorum sunt compossibiles, licet effectus sint impossibiles, puta nolitio et volitio, quae sunt causae tristitiae et delectationis.

Ad aliud ¹ dico quod de facto damnatus ex quo desperat de beatitudine, semper elicit aliquem actum malum, licet ex libertate sua posset non elicere, quia potest desistere ab actu malo malitia culpae licet non poenae, quia ille non necessario causatur a Deo, sicut prius ² dictum est.

Ad aliud ³ dico quod corpus non agit in spiritum corrumpendo aliquid de eius substantia, sed agit sicut causa partialis ad cognitionem intuitivam, quia illa re posita potest angelus habere cognitionem intuitivam, et illa non posita non potest habere. Et in hoc non derogatur angelo nisi quod non est Deus, in quo nulla

1 compossibiles] possibiles FZ 2 delectationis] dilectionis C 3-7 Ad... est trp. p. nostra (p. 358, lin. 18) Z 3 Ad aliud] ad probationem primae opinionis Z || de facto om. A 4 elicit] eligit FG || licet] sed D 5 ab] in ABCE || malo] et add. D 6-7 non... Deo] actus poenae causatur a solo Deo L 6 necessario om. AB 10 quia] et FZ || re] non H, om. G 11 potest habere] sunt contraria FG, sed corr. in potest eam habere G, om. D 12 quod] quia A || non est Deus] Deus non coagit illi FGZ || in quo] sine B, corr. in sine G

¹ Cf. supra, p. 349, lin. 19. — Paragraphus iste in codicibus L et N his verbis introducit: « Contra aliud dictum de illibetate respectu culpae in angelo damnato (etiam N) argui potest: quia nullus actus est (in N) culpa nisi sit in potestate voluntatis, quia peccatum adeo est voluntarium etiam secundum beatum Augustinum [quod si non est voluntarium, non est peccatum]. — Dicendum [nota marginalis in L: Istud non est dictum Ockham] quod illud dictum debet intelligi de odio Dei vel superbia, quos actus iuxta imaginationem bonam Scoti libere in principio eliciebat malos, et ideo in eliciendo (in eligendo N) peccavit. Sed non est in potestate sua cessare ab illis, quia placet Deo illos postquam sunt elicti conservare. Et per istum modum salvat confirmationem beatorum et bene et pulchre, supposito quod voluntas creata conprincipiat libere suum actum beatificum, sicut tenet Scotus. — Aliter potest dici quod angelus malus libere peccat, semper tamen et continue, quia de facto... ». Hinc prosequuntur ut codices collati, sed in L notatur in margine: « Hic est modus Ockham, sed oportet retractare prius dicta ». Errores et omissiones codicis N non indicavimus. Locus Scoti ad quem auctor respicit est *Opus Oxon.*, IV, d. 7, q. 3, n. 29 (ed. Wadding, XI, 297). ² Supra, pp. 339s., 343s., 355s. ³ Supra, p. 349, lin. 5.

res causat cognitionem. Nunc autem cognitio non est sibi poenosa, quia cognitio non est in potestate angeli. In voluntate autem angeli nihil potest res extra facere, nec sicut causa partialis nec sicut totalis, quia posita cognitione rei — sive intuitiva sive abstractiva — et obiecto adnihilato, nihilominus potest voluntas illam rem diligere, ita quod respectu dilectionis rei non requiruntur plures causae quam intellectus et voluntas, bene tamen in cognitione intuitiva est obiectum causa cognitionis quae est causa partialis volitionis. Quia igitur volitio est in potestate angeli, ideo non est sibi poenosa, sed illa quae praecise causatur a Deo.

Ad aliud ¹ dico quod Deus de potentia sua absoluta potest alicui infligere poenam sine culpa praecedente, sed illa poena non potest tunc dici punitio, quia istud nomen connotat peccatum praecedens. Sic enim in brutis est poena sine aliquo peccato praevio, tamen de facto et de potentia ordinata Deus non infligit poenam sine culpa praecedente, vel in punito ut est in nobis, vel in alio ut in Christo cui poena fuit inflicta propter peccata nostra.

1 res... cognitionem] cognitio causatur B 3 nihil] non C 4 sicut] causa add. DZ
6 dilectionis] delectationis A || rei] Dei DZ, om. A 7 intellectus] intellectio ABCD
9 quae] cognitio add. BHL || volitionis] cognitionis add. (ut alia littera) G || volitio] aliqua add. B
|| in] potentia et add. G 10 ideo s. lin. G, om. FZ || sibi s. lin. G, om. DF || poenosa] illa add. EFGZ,
sed del. G 11 a Deo] a solo Deo est sibi poenosa B 12 absoluta om. AD 13 non]
nec F 14 tunc om. DEZ 15 Sic] Sicut GZ || enim del. G || aliquo om. FGZ 16 et
om. FGZ || de² om. ABCE || potentia] Dei add. BD, sua add. GZ || infligit] affligit B, potest infli-
gere D 17 culpa] peccato C || vel¹ om. BH || in punito] imputata B, imputa FG, imputate (sed
corr.) H || ut] non add. M 18 ut] vel non E

¹ Supra, p. 349, lin. 12.

GUILLELMI DE OCKHAM

QUAESTIONES IN LIBRUM SECUNDUM SENTENTIARUM (REPORTATIO)

EDIDERUNT

GEDEON GÁL, O. F. M.

ET

REGA WOOD

3N 2929.967-2,5

Hm 576/I, 5 *

St. Bonaventure University

St. Bonaventure, N. Y.

1981

